

Danz

1789



18

CONSTITUTIONIS IMPERII SPECIALIS
SUPER
**LITIGIOSA POSSESSIONE
DISQUISITIO.**

A U C T O R E

D. WILHELMO AUGUSTO FRIDERICO DANZ
IUR. PROF. PUBL. ORDIN. ET FACULTATIS IURIDICÆ
ASSESSORE IN ACADEMIA CAROLINA.

P. 63.

Jch

1578



STUTTGARDIE
TYPIS ACADEMICIS.

MDCCLXXXIX.



C O N S P E C T U S.

- §. 1. Instituti ratio.
 - §. 2. Notio remedii possessoriū datur diversaque illius species enumerantur.
 - §. 3. Litigiosa possessio quānam dicatur exponitur.
 - §. 4. Quid sub Constitutione Imperii Speciali super litigiosa possessione intelligatur?
 - §. 5. Origo Constitutionis narratur.
 - §. 6. Recessus Imperii de anno 1466.
 - §. 7. Tabula Suevici Fœderis de anno 1488.
 - §. 8. Recessus Imperii de anno 1512.
 - §. 9. Caput Constitutionis primum.
 - §. 10. Caput Constitutionis secundum, & diversæ de illius sensu sententiæ.
 - §. 11. Sententia Ludolfii.
 - §. 12. Sententia Crameri.
 - §. 13. Sententia de Borie.
 - §. 14. Epilogus Constitutionis.
 - §. 15. Ordinatio cameralis de anno 1521.
 - §. 16. Recessus Imperii de anno 1532. Art. III. §. 15.
 - §. 17. Ordinatio cameralis de anno 1548.
 - §. 18. Caput Constitutionis tertium.
 - §. 19. Deliberationes super Constitutione nostra anno 1555 habitæ.
 - §. 20. Grayamina Statuum super memorata Constitutione, Resolutionesque Judicij cameralis inde fecutæ.
 - §. 21. C. O. C. de anno 1613. P. II. Tit. 22.
 - §. 22. Continuatio.
 - §. 23. Continuatio.
-




CONCILIATI

Conciliatio nulli est quod non habeat illud quod

Conciliatio non est nisi sit concordia in

Concordia non est nisi sit conciliatio in



§. 1.

Instituti ratio.

Nulla est totius juris cameralis pars gravioribus difficultatibus implica, cum primis in applicatione ad factum, quam illa de litigiosa possessione (a.). Omnibus commentatoribus ceterisque scriptoribus super hac materia perfectis, in eorum dissensu quid statuas, tu ipse incertus haerebis. Rationem diversarum harum opinionum in diversitate legislationis querenti equidem haud contradico, quippe *Constitutio imperii specialis super litigiosa possessione* varias admodum subiit mutationes. Paulo accuratius itaque in illas rationemque *Constitutionis* inquirere operæ pretium esse duxi. In hac autem materia ita versatus sum, ut primo acta publica evolverem, deinde historia duce mentem legislatorum exinde indagare studerem, denique quæ mihi venerunt observationibus eam illustrarem.

§. 2.

(a) Sunt verba *B. Ge. Melch. de Ludolf in Commentat. System. de jure Camerali. Sect. I. §. 7. Nro. 2. p. m. 65.*

§. 2.

*Notio remedii possessorii datur diversæque illius species
enumerantur.*

Constitutio nostra cum possessorium solum respiciat certaque remedia possessoria prodat, quid sit remedium possessorium et quot illius sint species? ante omnia videndum.

Quocunque remedium quo jus circa possessionem persequimur, *Possessorii*, omne contra aliud remedium ad jus ipsum quoad nobis proprium est persequendum tendens, *Petitorii* nomine venit. Illud autem, de quo nobis hic unice sermo, vel ad *adipiscendam*, vel ad *re recuperandam*, vel ad *retinendam possessionem* esse comparatum tralatium est. Quodsi de retinenda possessione inter partes litigatur, vel de antiquiori, vel de juniori seu præsentanea possessione quæstio est. Priori casu *possessorium plenarium, ordinarium, seu summarium* in oppositione ad *summarissimum*; posteriori autem *possessorium summarissimum, momentaneum, summarium, provisionale* etc. habes (a.)

§. 3.

(a) In exponenda origine possessorii hujus summarissimi Icti mirifice variant. Alii scrinia juris Romani adeunt, in hoc illud fundari existimantes. Larga manu allegant leges ad probandam opinionem v. g. L. 13. §. 3. π de usufructu et quemadmod. quis utat. fruat. L. unic. C. si de momentanea possessione L. 5. C. de his qui ad Eccles. confug. L. 14. C. de agricolis et censitie. L. 13. π de officio præsidis, etc. Inter hos sunt *Wolfg. Ad. Lauterbach* Colleg. Theor. Pract. Lib. 43. Tit. I. §. 12. *Jo. Schilter* rad π Exercitat. 13. thes. XI. *Andrä Gail.* in observat. Lib. I. Obs. 5. Nro. 2. *Jacob Blun* Proces. Cameral. Tit. 31. §. 3. *Joan Ulr. L. B. de Cramer.* Observation. jur. univers. Tom. I. Obs. 417. §. 7. *Sust. Claproth V. Cl.* Einleitung in sämmtliche summarische Processe. Edit. II. §. 27. pag. 65. Ipsius imperii status, in gravaminibus super Constitutione nostra annis 1556. et 1557. exhibitis, sententiae huc calculum adjiciuntur.

§ 3.

Litigiosa possessio quænam dicatur exponitur.

Distincte ut perspiciamus quæ possesso dicatur litigiosa (a.), casus

A 2

tur.

adjiciunt, ut videre est apud L. B. de *Harrprecht* Staatsarchiv des Kaiserlichen und Reichskammergerichts. P. VI. pag. 495. et apud de *Ludolf.* in *Commentat. system. Append.* I. pag. II. seq. Cameræ imperialis denique judicium in resolutionibus suis ad memorata gravamina in illam opinionem pedibus ire plane quoque non dubitavit. L. B. de *Harrprecht* I. c. pag. 533. seq. de *Ludolf.* I. c. Alios tot tantæque auctoritates haud movent, discedere a sententia, qua prima possessorii hujus summarissimi stamina juri Canonico in Clementin. 2. de V. S. deberi contendunt, cui nuperrime quoque accessit, *Joannes Sim. Wolff.* in *Disquisitione brevi critica:* quodnam remedium juris in causa litigiosa possessionis et pignorationis à prima quæstione non facile separabilis in Augustissimo S. R. I. Cameræ judicio meliori cum effectu obtineat? Wezlari 1784. §. 5. pag. 7. Alii denique; neutram sententiam comprobantes, sanctiones potius imperii R. G., in quarum enucleatione jam versamur usumque fori seu fontes remedii hujus proferunt. *Georg Pfankuch Tractat.* de summarissimo professorio. Colon. 1709. Lib. I. Cap. II. pag. 5. seq. *Jus. Hen. Boehmer.* de vero usu Remedium possessorii ordinarii et summarii. Cap. II. §. 1. in *Exercitationibus ad Pandectas Tom.* V. pag. 637. et Cap. III. §. 1. seq. in *Exercitationibus.* I. c. pag. 647. de *Waldschmidt.* Diff. de origine ufo et abuso Possessor. summariss. thes 5. Hancque posteriori sententiam mihi præ aliis arridere ingenue fateor. Equidem scio nonnullas tam in Romano quam Pontificio jure occurrere dispositiones quæ hoc trahi possunt, ast forma modusque remedii nostri certe non peregrini sed patrii juris est, adeoque falluntur, qui leges, in quibus summariter procedendum legitur pro fundamento hujus summarissimi possessorii inducunt, aut interpositionem Prætoris in dirimendis litibus, protenus ad illud applicant.

Utrum hoc possessorium summarissimum etiam heredi possessoris competit? speciali programmate disquirit *Francisc. Carol. Conradi:* An possesso apud Germanos sine corporali apprehensione transeat ad heredes? Helmstad. 1737.

(a.) Ne actum agam, lubens hic prætermitto notionem atque divisionem pos-



turbatæ et casus litigiosæ possessionis a se invicem, in primis probe distinguendi sunt. Causæ enim turbatæ possessionis regulariter ad forum Austrægale pertinent, suaque natura jurisdictionem supremorum imperii tribunalium haud fundant. Quod contra secundum leges imperii expressas in causis litigiosæ possessionis obtinere, nemo negaverit. In cuius differentiae ratione hæc tenenda erit regula: quod omnis causa litigiosa possessionis, sit etiam turbatæ possessionis; sed non contra: cui addenda altera, æque certa veritas: quod causæ turbatæ possessionis tam sint judicii adipiscendæ, quam recuperandæ, et retinendæ; contra: causæ litigiosa possessionis sint solius judicii retinendæ. Ubi enim agitur, de adipiscenda possessione, actor alterum possidere fatetur, neque possessio litigiosa est quatenus ad factum spectatur. Si de recuperanda, dejectum se esse dicit actor, iterumque possessio litigiosa haud est. In judicio autem retinendæ uterque se possidere contendit, ideoque possessio recte dicitur litigiosa. Minime tamen exinde concludendum, in omni judicio retinendæ possessionem esse litigiosam, quippe quæ tum demum adeſt, quando non constat uter turbator: uter detentor sit; utroque nempe contendente: non solum se possidere, atque ab altero turbari; sed insuper coloratas assertionis suæ causas proferente. Hæc itaque qualitas turbatam possessionem in judicio retinendæ concomitans: illa ipsa est, qua possessio proprie fit litigiosa, eo effectu ut jurisdictione summorum imperii tribunalium in prima statim instantia fundetur; eodem prorsus modo quo alia qualitates

possessionis; cum Constitutioni nostræ locus sit sive litigiosa possessio fit civilis et naturalis simul; sive civilis aut naturalis qualificata tantum. *Guilielm. Rodingij Pandecte juris cameralis Lib. I. Tit. IX. §. 2. p. m. 109.*
Pfankuch de summarissimo possessorio Lib. I. Cap. VI. Nro. 6. pag. 47.
L. B. de Cramer Systema process. imper. Secl. II. Tit. VIII. §. 936.

tates, turbatae possessioni accidentes, vel Mandatis ex titulo de pignoratiomibus: vel de arrestis: vel ex titulo auf die vier Fälle: vel denique Citationibus ex capite fractae pacis publicæ: item: ex titulo de caussis fiscalibus: locum faciunt.

Quoties econtra nulla ejusmodi qualitas in turbata possessione invenitur; toties hæ causæ ad forum Aufrägale pertinent, et jurisdictionem summorum imperii tribunalium in prima instantia excludunt (a.).

Prono

(a.) Apprime huc faciunt quæ status imperii in Gravaminibus de annis 1556. et 1557. monuerunt: „Es ist Acht zu haben, ob eine differentia inter litigiosam et turbatam possessionem, dann obwohl die Constitution von der strittigen Possession Wiedung ihrt, sollte man dieselbige doch nicht auf die Turbation oder Betrübe ziehen und erreden, sondern möchte man lieblich alle Sachen im Schein vermehrter turbirter als strittiger Possession dahin bringen, darum vielleicht solcher Unterschied zu merken. Denn die Actiones turbatae possessionis nicht unter diese Constitution (wiewahl die Advocaten turbationem pro litigiosa permiscire) gehören; Pergunt: Da dann nun die turbata possesso unter die Ansträg, wie von Alters gehabrig, solle die Constitution von der strittigen Possession gar nicht von der Turbation verstanden werden: Turbatio enim presupponit possessionem, cum in litigiosa possessor sit incertus. Und solle also die strittige Possession verstanden werden, da der Streit ist principaliter um die Possession, und wer die haben soll. Vid. L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv u. ic. P. VI. pag. 495. & 496. Differentiam hanc inter litigiosam et turbatam possessionem momento suo ponderaverunt excellentissimi atque meritissimi Domini Asseliores Cameræ imperialis judicii, quibus a novissima quæ fuit Visitatione camerali Concepti Ordinationis cameralis revisio fuit demandata. In P. II. Tit. 22. C. O. C. sequentia monent: „Zur Erläuterung dient nicht wenig, wenn der Unterschied inter turbatam et litigiosam possessionem bemerkt wird. Denn zwischen einer litigiosa und turbata possessione ist ein Unterschied zu machen. Turbata ist, wenn einer dem andern in seiner Possessio Eingriff thut: Litigiosa aber, wann einer dem andern nicht nur Eingriff thut, sondern auch Actus Possessoris mit ihm ausübt. Man muß daher in Supplica de turbatione nichts melden. Conscientia bekennt man sich dejectum de possessione, welches ad Austregas gehört.“



Prono ex his fluit alveo, quod *possessio* tum demum dicatur *litigiosa*, quando unam eandemque rem, seu *jus*, se ex *justis caussis* posse

hört. Denn es muß jeder meinen, er wäre in der Possess, und der Gegenheil nicht. Daraus entstehen leicht Schläge und Stoße, und hieraus Spann und landfriedensbrüchige Aufzehr. Nunhest wann einer das interdictum adipiscenda vel recuperanda possessionis intendiret; so muß er seinem Gegenheil, nulam over actualem detentionem eingestehen, welche durch den ordentlichen Weg Rechtes zu verfolgen, nemlich in untergebenem Fall vor den Austrägen. Im *Blum* (process. Cramer. Tit. 31. §. 23. p. m. 230.) ist zwar ein *Catus*, den *B. de Ludolf* (in Commentat. System. Sect. I. §. 7. Nro. 5. p. m. 69.) auch hat, de adipiscenda possessione: Wann nehmlich 2. Agnati succediren wollten, und einer den andern in der Possessionsergreifung hinderte. Allein es geht dieser *Catus* nur auf apprehendendam possessionem, nicht aber apprehensam, welches der gegenwärtige ist, da einer possidere oder wenigstens vermeinen muß, daß er possidere. Vid. *Jo. Henr. Chr. de Selchow.* V. Cl. Concepte der Reichskammergerichtsordnung auf Befehl der jüngsten Visitation entworfen. P. II, pag. 150. Ingeniose hanc materiam tractavit (*de Boriū*) in Diss. Jur. publ. et cameral. de litigiosa possessione ad P. II. Tit. XXI. Ordinat. Cameral. veter. jus simul ac processum fistens. Wezelariae 1745. iterum recusa 1783. Sect. I. §. 1-7. Cui jungas velim *Ge. Melch. de Ludolf* Comment. System. Sect. I. §. 7. Nro. 5. p. m. 68. Pfankuch de summariissimo possessorio Lib. I. Cap. IV. Nro. 7. pag. 15. & Cap. VII. Nro. 3. pag 68. seq. *L. B. de Cramer.* Systema process. imper. Sect. II. Tit. VIII. §. 937. & 938.

Advocati patronique causarum, quibus nihil tam curæ cordique esse solet, quam qualificatio omnium omnino causarum ad Mandata S. C. auf die vier Fälle, sèpissime vel inscritia vel studio hanc differentiam negligunt, litigiosaque possessionis qualitatem in exponendo facto reticent. Manifesto autem hoc modo religio judicis circumvenitur legique fraus sit; utpote qua a citatione, non à mandato processum inchoari precipit. Cautus itaque merito sit iudex in decernendis hujusmodi processibus: sollicite inquirat anne ex ipsis supplica narratis aut certe ex adjunctis appareat, reum quoque actus exercuisse possessarios atque in possessione esse; imo expediret ejusmodi subdole impetrata mandata cassari, impretrantesque ad processum, ex Constitutione de litigiosa possessione, cum temporis sumtuumque jactura remitti, advoco in arbitrariam multiam,

ob

possidere, duo plaresve ita contendunt, ut dubium sit, cuinam magis præ altero competitat possessio (b.).

§. 4.

Quid sub Constitutione Imperii speciali super litigiosa possessione intelligatur?

Specialis illa sanctio, legibus imperii inserta, quæ definit modum procedendi in caussis litigiosa possessionis, tam inter imperii immediatos, quam certis casibus mediatos à supremis imperii tribunalibus

obser-

ob circumventum judicem, Iesumque jus impetrati, condemnato: eo quod judicem, in casu scientiæ litigiosa possessionis, per mandatum reum neque prohibere voluisse censendus sit, neque jure prohibere possit. Optime hæc jam monuit (*de Borii*) in citat. Diff. Sect. II. §. 15. pag. 30.; quæ principia Cameræ imperialis quoque judicium nostris adhuc temporibus in decernendis processibus atque dijudicandis caussis sequi, nuperrime compertum habui, ex voto illustrissimi celeberrimi que cuiusdam quondam Aſſessoris in cauſa quadam illustri lato, mecumque benigne communicato. In caſtra itaque Dominorum Aſſessorum Cameræ imperialis, quibus revisio Concepti Ordinationis cameralis demandata fuit, ſi modo a viris tanti nominis atque doctrinæ diſentire licet, omnino ire nequeo, qui e re eſſe proponunt, Constitutioni super litigiosa possessione ſequentem addi clauſulam: „Bei allem dem, da, was diese Constitution erfordert, schwer zu beweisen, auch Possellio litigiosa a turbata nicht leicht zu unterscheiden, soll den Partheyen freyſtehen, statt der Citation super litigiosa possessione, Mandata de non turbando in possessione hucusque habita, ſeu legitime apprehensa, auf die vier Fälle zu begehrten. Vid. *de Selchow*. V. Cl. l. c. pag. 155. Sane per hanc clauſulam ſumma imis miscerentur, et contra omne jus et fas statueretur, quod iudex in caſu litigiosa possessionis per mandatum inhibere, adeoque alteruti parti intuitu juris possessionisque præjudicium inferre poſit.

(b.) Placuit hæc definitio *Frider. Guilielm. Tafingero in Institut. Jurisprud. Cameral. Sect. III. Tit. VIII. §. 504.*



observandum, SUPER LITIGIOSA POSSESSIONE CONSTITUTIONIS IMPERII SPECIALIS nomine insignitur. Ad hujus enucleationem jam proprius accedamus. Cum vero illa, recte monente Ill. Püttero (a.) plane intelligi nequeat, nisi historia adjuvante, de origine illius jam videamus.

§. 5.

Origo Constitutionis narratur.

Quodsi unquam, tunc certe verendum est ne partes ad arma profliant, si scilicet se in possessione unius ejusdemque rei vel juris esse contendant seque in illa omni modo, ipso jure communi adslipulante, tueri contentur, vel quod ad idem redit, si, neutro vices actoris suscipere volente, casus litigiosa possessionis inter duos pluresve existat. Hac nempe litigiosa possessio in Germania nostra, docente historia ab antiquissimis inde temporibus abundans fuit sors dissipationum atque bellorum interiorum; cuius rei Cameræ imperialis tribunal, pacis publicæ conservandæ gratia præcipue stabilitum et longinqua edoctum experientia, testimonium dicit in Relatione sua ad Memoriale Imperii d. d. 13. Maj. 1556:

„Dieselbe (constitutio nempe super litigiosa possessione) ist fürnemblich und allein dahin gerichtet, Friedt und Einigkeit allenthalben und sonderlich zwischen den benachbarten Stenden zu erhalten, und dagegen allerhandt Empörungen und unbillige Verdrückung und Beschwerung sonderlich geringern Stenden, und ihrer armen Underthanen zu verhueten: dan meniglichen unverborgen, das sich im Reich vielmals zutrefft, das hohen Standtpartheyen, in denen Fellen, da sie der possession

(a.) In Conspectu rei judicariæ Imperii. Götting. 1748. pag. 94.

Lesson streitig, oder da einer den andern oder des andern Unterha-
nen gepsendet oder gefangen, darab gegen einander zu ferner thatlichs
handlung angrissen und usfruhren kkommen. Welches sich dan aus dem
bescheint, das vor jaren die landfridbruchige sachen, derwegen die Par-
treyen einander am Chammergericht fürgenhommen, und etwa viel
jar vergebentlich einander umbgetrieben, die mehrertheil dahero iren
ansang und ursprung gehabt haben. " (a.)

Ecce brevissimis veram legislationis super litigiosa possessione cau-
sam, impellente armorum actuunque pacifragorum metu peractæ;
occasionem vero legis cum ejus requisito ne confundas cave, in quem
errorem, ut infra patebit, non pauci inciderunt.

§. 6.

Recessus Imperii de anno 1466.

Prima specialis nostræ super litigiosa possessione Constitutionis
flamina, quæ haec tenus invenire licuit in §. 12. R. J. anno 1466. con-
fecti latent. (a.) Cum nimirum in Comitiis, Ulmæ isto anno cele-
bratis, de pace imperii publica stabilienda et conservanda ageretur;
inter alia in specie quoque provisum fuit, quomodo lites super lit-
igiosa possessione orte in posterum dirimendæ essent. Quæ sanctio,
si non ab omnibus a plurimis tamen in enarranda Constitutionis nostræ
historia silentio prætermissa (b.), ut integra hic inseratur, perquam
digna videtur.

"Item:

(a.) *L. B. de Harpprecht Staatsarchiv ic. ic. P. VI. pag. 398.*

(a.) *Neue Sammlung der Reichsabschiede. Tom. I. pag. 192.*

(b.) *L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv ic. ic. P. V. §. 22. pag. 31. hujus
Recessus mentionem facit.*



„Item: ob zwien Tail gegen einander zu clagen hetten, so soll beiden Tailn, nach Laut dieser Außtrege, Recht gedenhen, und ob sie um das Vorrecht (possessionis nempe) streitig würden, daz soll geleutert werden vor dem Außtrag und an dem Ende, da sie einander fürkommen, dem ungewaigert nachzugeen; ob aber der Außtrag nicht an einem Ende, sondern umb Sache wäre, da yglicher dem andern nachfaren müsten, für den Herrn, oder das Gericht, dafür er gehört, darum sie der Leuterung wie vorsteet, nicht gehalten möchten, deshalben soll ez also gehalten werden, welcher abgesordert, der soll mit seinem Rechten vorgeen; ob aber kein Tail fordern wolt, sollen sie doch die, die über den Landfrid gekorn sind, erfordern, so sie des erinnert werden, und entscheyden, welcher Vercläger sein, oder wie die Sache im Rechten gehandelt, dem alsdann von beden Tailen nachgangen werden soll, en geverde.“

Hic non generaliter solum sanctum legimus, quis judex sit competens in caussis ubi de possessione inter partes agitur, sed in specie, modum procedendi quoque definitum reperimus, in casu si neuter litigantium actoris partes suscipere vult (wo kein Tail fordern wolt), id est in casu litigiosa possessionis, eeu judicii duplicitis, ubi ad instar interdicti uti possidetis neuter proprius actor, neuter reus est (c.). Tali nimur in casu Recessus noster sancti; ut partes pacis judices adeant, qui desiniant, quis actoris partes sustinere, aut quo modo causa disceptari debeat.

§. 7.

Tabulae Suevici Foederis de anno 1488.

Duobus decenniis elapsis, pacis publicæ conservandæ gratia, foedus
 (c.) L. 3. §. 1. π uti possidetis.

aus illud decantatum Suevicum pangebatur. Prima statim unione
membra hujus foederis specialiter quoque de certo modo Aufräga-
rum, in caussis litigiosæ possessionis observando inter se convenerant;
qualis interpretationi Constitutionis nostræ haud parum inserviens con-
ventio, quod illi paullo diutius immoremur, haud indigna videtur,
ubi ita: (a.)

„Fügte es sich aber, daß unser yeder Tail sich für ain Gunhaber
des Guts, darumb spänn wär, hielt, oder spann würd, welcher tail
Eläger oder antrüter sein sollt, daß sollicher spann gelitert werd, von
ainem gemainen, mit glichen zusch: welcher gemain nachgeschribener
maß soll erkorn werden. Namlich also: daß yeder tail drey Mann für-
schlach, und besuchen; ob sy sich aus denen alns gemeinen mögen verai-
nen; und, ob das nit gesein möcht, daß sy dann darüber losen, welcher
tail auf des andern fürgeschlagenen Mannen ainen gemainen nämnen soll;
und daß sollichs in Monatsfrist beschee und vollgang.

Nunquam isto et deinceps reliquis annis membra renovandi aut
saltim prorogandi foederis caussa coibant, quin certi modi formaeque
Aufrägarum in caussis litigiosæ possessionis exprefse mentio fieret; uti
videre est in Tabulis Societatis Equestris Generalis quatuor partium
de anno 1488 (b.): in Tabulis foederis Cocheranæ partis ejusdem anni
(c.): in Tabulis prorogati anno 1495 foederis in triennium §. 9. (d.):
in Tabulis foederis duodecennalis de anno 1500 Tit. 20. (e.): in Pro-

B 2

lon-

(a.) *Joh. Phil. Datt de Pace Imperii publica Lib. 2. pag. 282.*

(b.) *Idem. l. c. pag. 316.*

(c.) *Idem. l. c. pag. 318.*

(d.) *Idem. l. c. pag. 327. 333. 340.*

(e.) *Idem. l. c. pag. 354.*



longatione tertia Suevici fœderis de anno 1512. Tit. 18. (f.): et denique in Tabulis prorogati iterum anno 1522. in undecim annos Suevici fœderis Tit. 20. (g.)

Eaque dispositio intra fines privatæ conventionis haud substitit, privilegia potius Cæsarea iterata vice illi acceperunt. Imperatores enim, ceu singulares fautores hujus fœderis, non modo fedus ipsum exprefse semper confirmaverunt, sed specialiter quoque Aufrægis, de quibus membra inter se convenerant, auctoritatem et vim Commissionis Cæsareae indulserunt, in Tabulis Suevici fœderis duodecennalis de anno 1500. Tit. 3. (h.): in prolongatione tertia Suevici fœderis de anno 1512. Tit. 3. (i.): in Tabulis prorogati iterum anno 1522. in undecim annos fœderis Tit. 5. (k.)

§. 8.

Recessus Imperii de anno 1512.

Maximilianus I. immortalis ille restaurator pacis publicæ, statutor Judicij cameralis prouti adhuc Wezlariae floret, ocius majoris momenti esse putavit, obicem ponere actibus pacifragis ex caussis super litigiosa possessione in imperio hucusque ortis. Camerae itaque imperiali curam pacis publicæ tuendæ p̄reprimis injungens; immediatos imperii indistincte, mediatos vero in quibusdam tantum casibus de possessione litigiosa disceptantes ad hoc tribunal, ceu primam instantiam ablegavit.

Vexa-

(f.) *Joh. Phil. Datt* l. c. pag. 386. 403.

(g.) *Idem.* l. c. pag. 410.

(h.) *Idem.* l. c. pag. 351.

(i.) *Idem.* l. c. pag. 383.

(k.) *Idem.* l. c. pag. 407.

Vexatam non minus quam impeditam super hac materia Constitutionem, insertam legimus Recessui imperii Trevirensi et Colonensi de anno 1512. §. 12 (a.), cuius in prologo legislator rationem dispositionis sequentibus exponit:

„Und nachdem sich öftmals im Reich begibt, daß der streitigen Possels oder Gewehr halben Spän, auch zu Zeiten Aufruhr und Wiederwärtigkeit entstehen, haben Wir demselben zu begegnen, geordnet und gesetzt, und thun das hiemit:

Errant egregie sine dubio, qui ex verbis: Spän, Aufruhr und Wiederwärtigkeit crassa Minerva extorquere contendunt, metum armorum proxime imminentem indistincte ad fundandam jurisdictionem supremorum imperii tribunalium requiri. Verbum enim teutonicum Spann, Spän plane idem est ac latina illa, controversia, contentio (b.), meritoque ideo in textu nostro distinguitur verbis auch zu Zeiten, ab illis Aufruhr und Wiederwärtigkeit. Misso autem hoc, pessime illi confundunt causam impulsivam legislationis cum requisito legis applicationi locum faciente. Moverunt quidem legislatorem tumultus, eo usque occasione litigiosæ possessionis exorti, ut causas istas jurisdictioni camerali subjiceret: verba demselben zu begegnen ic. ic. id satis certe indicant; cum contra minime Cameram tum demum competentem esse, ubi metus iste proxime immensus adesset, voluerit Imperator. (c.) (§. 5.) In alia tamen Camera impe-

(a.) Neue Sammlung der Reichsschreibe P. II. pag. 143.

(b.) Christl. Gottl. Haltaus Glossarium Germanicum medii ævi voc. Spann pag. 1698.

(c.) (*De Borie*) citat. Diff. Sect. I. §. 29. pag. 20. *de Ludolf Com. System.* Sect. I. §. 7. Nro. 12. pag. 72. *L. B. de Cramer System.* processi. imperii Sect. II. Tit. VIII. §. 934. & 939. & alii. Vid. §. 21. Not. a.



imperialis ipsa abire metumque armorum proxime imminentem indistincte ad fundandam jurisdictionem suam requirere videtur, in Resolutionibus ad Gravamina statuum de anno 1556. & 1557, ubi mentem suam sic explicat (d.):

„Dieselbe Constitution (super litigiosa possessione) wird verstanden von dem ordinario judicio possessorio, ubi plena sit cognitio super possessione, doch anders nicht, dann in denen Fällen, ubi subest timor armorum, und die Partheyen dem Reich ohne Mittel unterworfen, indem sich ihrer jeder für einen Besitzer halten will, ob solcher Streit zu thätlicher Handlung kommen möchte, wie dann auch der Buchstaben solcher Constitution mit sich bringt, und zu erkennen gibt, also daß ferner einige Distinction inter turbatam & litigiosam possessionem, durch welche solche Constitution vielmehr irriger und disputirlicher gemacht werden möchte, gar von unnöthen. ic. ic.

Re tamen penitus inspecta Cameram non dissentire verissimum est. Status nimirum imperii de abusu Constitutionis nostræ multa conquesti, inter alia quoque consulendo proposuerant, perutile fore, si casus turbatæ possessionis distingueretur a casu litigiosæ (§. 3. Not. b.) Hisce Camera reposuit, differentiam illam ipsis verbis Constitutionis jam satis esse definitam, quippe posita sit in incerta possessione & exinde semper profluente *metu armorum*, si non imminentे remoto *duntaxat*; novamque igitur legislationem plane esse superfluam. Mensem hanc suam Camera definite satis, uti mihi quidem videtur, exposuit verbis, indem sich ihrer jeder für einen Besitzer halten will, ob solcher Streit zu thätlicher Handlung kommen möchte ic. ic. Hæc autem Resolutio passui illi decantato, Concepto Ordinationis cameralis P. II.

Tit.

(d.) L. B. de Harpprecht Staatsarchiv ic. ic. Tom. VI. pag. 534.

Tit. 22. pr. inserto; qui interpretum ingenia maxime exercuit, ansam
præbuit. De quo infra §. 21.

Quibus præmissis Constitutionem nostram ipsam propius acceda-
mus, & de diversis capitibus, quorum illa mentionem facit dispiciamus.

§. 9.

Caput Constitutionis primum.

Tranquillitatis publicæ conservandæ ergo, uti prologus nos docuit
(§. 8.), Imperator Maximilianus I. constituit:

„Ob hinsuro zween oder mehr, so dem Heiligen Reich ohn
Mittel unterworffen wären, irrig oder streitig würden, umb Inn-
haben oder Possession eines Guts oder Gerechtigkeit, also, daß
sich ein jeglicher für ein Besitzer des streitigen Guts oder Gerechtigkeit
hielt, und des redliche Anzeig hätt: Desß sollen beyde Theil zu end-
lichem Austrag, für Unser Kaiserlich Cammer-Gericht kom-
men, und solcher Irrung oder streitigen Gewehr oder Possess, sich daselbst
endlich mit Rechte entscheiden lassen. Und deßhalb kein
Theil mit oder gegen den andern zu thätslicher Handlung, Aufführen,
Fehden oder Angreiffen kommen, in einige Weiß. Doch so soll solch
kommend Theil an seiner Possess oder Gewehr ihts geben oder nehmen,
dieweil die Parteien des Streits halben unentschieden vor Unserm Cam-
mergericht hangen.

Hac ergo lege statutum fuit, quod 1.) si lis super possessione vel
quasi inter *immediatos* vertatur, 2.) ubi uterque sibi possessionem tri-
buit eamque 3.) rationibus verosimilibus defendere potest; 4.) juris-
dictio Cameræ in prima instantia sit fundata, Austragorum ambagi-
bus



bus sublatis, 5.) possessorum ordinarium ibi decidatur 6.) a factis, & violentia abstineatur 7.) salva cuique interim sua possessione.

De possessorio ordinario in Camera decidendo Constitutionem nostram disponere, quod satis est liquet ex verbis, zu endlichem Ausfrag, endlich mit Recht entscheiden lassen. Immo si quid dubii adhuc resideat, id evanescit conferendo monita collegii Principum de anno 1555. (a.) cum Relatione à Camera imperiali ad Memorale imperii de anno 1555. facta (b.). Principes illi volunt:

„Dafz unter dem Titel von der streitigen Possession ic. ic. der erste Artikel mit lautern Worten dermaßen eingezogen werde, daß derselb allain zu versteen de momentanea possessione, zu fürkommen; daß die Partheien nicht ad arma, und zu thätlicher Handlung, Krieg und Aufruhr gelangen, und dervogen per summariam cognitionem declarirt werden, welcher in Possession pleiben und doch dem andern Thait das Possessorium und Petitorium, in ordinario Iudicio bey ordentlichen Rechten, vermag der Ordnung gelassen, und sonst keine Citationes oder Proces erkannt werden ic. ic.“

Hisce Camera reposuit:

„Dafz aber der Artikel von der streitigen Possession im Anfang allein von der momentanea possessione verstanden, auch dergestalt verklärert werden sol, das ist, der Buchstaben der alten und neuen Constitution des Orts entgegen und zuwidder auch bishero am Chammergerichte nicht dergestalt gehalten oder practicirt sondern je und allwegen diese Con-

(a.) *L. B. de Harpprecht Staatsarchiv ic. ic. P. VI. pag. 352.*

(b.) *Idem. l. c. pag. 400.*

Constitution im Anfang vom Ordinario Iudicio possessorio verstanden worden."

Quibus status imperii acquieverunt. (c.)

§. 10.

*Caput Constitutionis secundum, & diversæ de illius sensu
sententiac.*

Iam Constitutio ad Mediatora ita descendit:

„Wo auch zwischen Partheyen, die mit Mittel dem Reich unterworfen, der Possels, wie obsteht, Streit entstünde, und die Güter oder Gerechtigkeit der Possession halben, wie obstehtet, darumb Streit wäre, nicht unter einem Herrn oder Obrigkeit gelegen wären, also, daß jeder Theil vermeynen wolt, dieselben Güter oder Gerechtigkeit legen in seiner oder in seines Herrn, oder anderer Obrigkeit, darumb sollen die Partheyen auch für unser Kayserlich Cammergericht kommen, und wie obsteht, gehandelt werden:

In indagando genuino hujus legislationis sensu interpretes jamdiu desudarunt, & adhuc inter se discrepant. Ex communis & unanimi fere Doctorum sententia verba illa, also, daß jeder Theil vermeynen wolt, sibi volunt, ut jurisdicatio summorum in imperio tribunaliu ad possessorium ordinarium inter mediatos decidendum tum deimum sit fundata, si 1.) bona, quorum posseslio inter eos est litigiosa, non in diversis territoriis solum sunt sita, sed & 2.) jurisdicatio, seu jus territorii ipsum quoad possessorium inter diversos illos immediatos

est

(c.) Compara si libet de Selchoe V. Cl. Concepte der Reichscammergerichtsordnung. P. II. pag. 145. & 150. & 151.

C



est litigiosum, ita ut nondum expeditum sit, quis sit primæ instantiæ judex (a.). Cameræ imperialis judicium ipsum huic interpretationi calculum adjicere videtur, in Resolutionibus ad Gravamina Statuum de annis 1556. & 1557, ubi mentem suam sequentibus explicat (b.):

„In den Fällen, da Zweifel vorfällt, in was Obrigkeit die Güter gelegen, davon dieser Artikel in der Ordnung disputire.“

Excellentissimi denique Revisores Concepti Ordinationis cameralis, in eandem sententiam pedibus ire, haud dubitavere (c.). At, quod pace tantorum virorum dictum velim, hanc sententiam mihi non placere, ingenue fateor. Duo enim in textu nostro casus ita a se invicem separantur, ut oppido appareat, leglatorem neque unum ex altero neglere, neque ex his unum tantum legis requisitum efficere voluisse, quod ipsa verba: und die Güter oder Gerechtigkeit der Possession halben, wie obsteht, darumb Streit wäre, nicht unter einem Herrn oder Obrigkeit gelegen wären ic. ic. (utpote qua nullum, de diversa dominorum,

in

(a.) *Petr. Denaisii Jus Camerale voce, possessio litigiosa.* Nro. 2. *Phil. Tengelinus de decernendis processibus Class. II. Cap. I. Nro. 6. Guilielm. Rodingii Pandecte juris cameralis Lib. I. Tit. 9. §. 6. 7. pag. 110. *Jacob. Blumii Process. Cameralis Tit. 31. §. 15. seq. p. m. 229. Pfankuch de summiissimo possessorio Lib. I. Cap. V. Nro. 13. pag. 34. *Jo. Steph. Pütter. V. Cl. Conspectus rei judiciar. imper. pag. 96. Idem. Nova Epitome process. imper. amborum tribunal. suprem. Edit. nov. Lib. VI, §. 143. Vincent. Hanzeby V. Cl. Anleitung zur neuhesten Reichshofstrahb-praxis §. 948. *Jo. Phil. Conr. Falcke in Deductione Caussarum Restitutionis in integrum contra sententiam d. XVI. Dec. 1748. latam in Sachen derer beiden Familien von Dreidenbach und von Breitenstein contra Hessen-Darmstadt. Darmstadt 1751. Fol. P. 2. Cap. 3. §. 28. Not. a. pag. 101.****

(b.) *L. B. de Harprecht Staatkarchiv ic. ic. Tom. VI. pag. 535.*

(c.) *De Selchoe V. Cl. Concepte der Reichskammergerichtsordnung P. II. pag. 151.*

in bona, sub diversis dominis sita, jurisdictione ambigendi locum relinquent;) æque ac illa: daß jeder Theil vermeynen wolt, dieselben Güter oder Gerechtigkeit legen in seiner oder in seines Herrn oder anderer Obrigkeit ic. ic. (quippe quæ dubium esse supponunt, in cuius territorio sunt bona vel jura, quorum possessio vel quasi est litigiosa, ita ut hoc partibus quoque non liqueat) satis superque demonstrant.

§. II.

Sententia Ludolfii.

A communi illa sententia *B. de Ludolf* recedit, de hac materia ita differens: (a.)

„Textus non loquitur de jurisdictione dubia inter dominos, sed de rebus sub plurium dominorum jurisdictione sitis & dubitatione partium litigantium. Ita, ut ex cauſæ continentia forum Cameræ fundetur. Sed ita, inquies, non opus fuisset sequenti dispositione de remittenda causa proprietatis ad judicem ordinarium, cum & in petitorio ex continentia cauſæ judicis superioris jurisdictione sit fundata: Respondeo, constitutionem imperii de continentia cauſæ non dividenda, in Recess. Dep. 1600. §. 23. latam C. O. C. p. 2. Tit. 9. ad Consultum Cameralis Collegii anno 1594. de quo Denaisius Tit. 97. §. 1. 2. esse recentiorem ordinatione camerali 1555. ex qua retentus fuit §. ille 2. C. O. C. tit. de possessione litigiosa, qui forte potuisse omitti.

Bene quidem, uti mihi videtur, *Ludolfius* monuit, textum nostrum in principio non loqui de jurisdictione dubia inter dominos, sed de rebus sub plurium dominorum jurisdictione sitis; ast primo interpretem non fecit, quid enim sibi velint verba sequentia: also daß jeder

C 2

Theil

(a.) In Commentat. Systemat. Sect. I. §. 7. Nro. II, pag. m. 72.

Theil ic. ic. commentator noster alto silentio præterivit. Deinde Constitutionem hanc nostram hodie idcirco esse superfluam putavit, quia ex sanctione imperii de continentia caussa non dividenda, jurisdictione summorum imperii tribunalium tam quoad possessorum quam petitiorum sit fundata; cui proœcto sententia, deficiente hactenus sanctione legali satis distincta, quæ super continentia caussarum, si adversus plures mediatos simul agatur, disponat, subscribere haud ausim (b.); ideoque Constitutionem nostram superfluis haud adnumerandam, sed casum potius litigiosæ possessionis merito inter casus beneficii continentia caussarum, in ipsa Ordinatione camerali constitutos, referendum esse censeo.

§. 12.

Sententia Crameri.

Aliam adhuc fovet sententiam *L. B. de Cramer* (a.) sequentibus:

„In casu vero possessionis inter Mediatos litigiosæ, qui dicitur casus Ordinationis secundus, objectum litis vel sub diversis juridictionibus certis, vel controversis situm est. Siq[ue] prius, omnium superior, suprema nempe imperii tribunalia, item tam in possessorio quam petitorio discutiat, necesse est: si posterius, summorum Imperii tribunalium est cognoscere, in cuius territorio illud situm, quisque

ni

(b.) *Ge. Dav. Struben Rechtliche Gedanken* P. 2. Bd. 24. pag. 109. *Jo. Steph. Pütter* V. Cl. Nova epitome process. imper. Lib. VI. §. 120. *Jo. Conr. Phil. Falcke* in deductione supra §. 10. Nota a. citat. P. 2. Cap. 3. §. 21. pag. 79. seq. *Frider. Hulder. Carol. Siegmundus* Diss. de Jurisdictione summorum in imperio judiciorum ob caussarum continentiam in cives mediatos haud fundata. Lips. 1781.

(a.) In Systemate process. Imper. Sect. II. Tit. VIII. §. 939.

nimirum possessor vel quasi jurisdictionis sit, causaque, lis nimirum inter mediatos de possessione litigiosa suborta dijudicanda, ad ejus forum remittenda est.

Distinctionem hanc, quam *Cramerus*, prout scilicet objectum litis sub diversis jurisdictionibus vel certis vel controversis situm est, admittit, menti legislatorum optime quidem convenire persuasissimum mihi est. Attamen ulteriorem, quid in uno & altero casu juris sit, *Crameris definitionem*, a ratione Constitutionis nostræ abhorrire puto. Quis enim quæso in casu secundo, quo objectum litis sub diversis jurisdictionibus controversis situm est, pendente lite super jurisdictione erit judex? quis partes super possessione litigantes, sibique vim inferentes & ad arma profluentes interim compescat, & ad quem possesso pertineat judicaturus est? Quod ad primum casum attinet, ubi objectum litis in diversis jurisdictionibus certis situm est, *Cramero, Cameræ imperiali jurisdictionem tam quoad possessorum quam petitionum ex causæ continentia vindicanti, multa maximi momenti dubia obstat, in §pho antecedenti jam monui* (b.)

§. 13.

Sententia de Borie.

Variantes hæc cameralistarum opiniones conciliaturus *de Borie* (a.), levi quadam correctione, substitutione nempe voculæ: *oder* ic. *xc.* in locum vocis: *also* ic. *xc.* genuinum textui nostro reddi sensum, persuasissimum habuit. Et hanc quoque sententiam amplecti,

ego

(b.) Compara si libet *de Selchow V. Cl. Concepce der Reichskammergerichtsordnung.* P. II. pag. 146.

(a.) In citat. Diff. Seçt. I. §. II. pag. 10.

ego nullus dubito. Haud quidem ignoro tritum illud: mutare legem non est eam interpretari, nec jurisconsulto, sed principi mutandae legis facultas permittenda est (b.). Ast ab hoc brocārdico ut recedam graviora sunt, quæ movent.

I.) Constat inter omnes, exemplaria legum imperii, imprimis Reces-
tuum, operarum incuria tot mendis & nœvis esse inquinata, ut
scabiosissime & ad injuriam publicam excussa esse videantur (c.);
quod & textui nostro accidisse videtur, ad quem *L. B. de Sen-
kenberg* sequentia monuit (d.):

„Sowohl in der Erstfischen als in allen nachgesetzten Editio-
nen sind hier falsche Zeilen ausgelassen und verwirrt worden.“

Addit quidem Senkenbergius.

„Ich habe die rechten Worte aus einem nach dem Manu-
script corrigirten Exemplar restituiret.“

Nihilo minus tamen, in tanta lectionis varietate, de vera &
germana lectione dubitandi rationes sat graves esse, non est quod
moneam.

II. Sensui legis litterali inhærentibus, mens textus nostri plane inex-
tricabilis est & ad Calendas Græcas erit. Summa itaque urgente
necessitate a sensu sanctionis nostræ grammatico recedimus, &
levi quadam correctione & mutatione genuinum illi sensum red-
dere studemus (e.).

III.)

(b.) *Christ. Henr. Eckhardi Hermeneutica juris Lib. I. Cap. II. §. 52. pag. 32.*

(c.) *Eckhard I. c. Lib. II. Cap. II. §. 74. pag. 376.*

(d.) *Neue Sammlung der Reichssabschiede P. II. pag. 191. Nota a.*

(e.) *Eckhard I. c. §. 79. pag. 380.*

III.) Status imperii ipsi in gravaminibus de anno 1556. & 1557. eandem lectionem adoptarunt (f.):

„Nachmals den zweyten §. der de mediate Subjectis meldet, aber doch *superior incertus ist, oder superiores diversi seyn*, imselben Fall, obgleich sonst dieser §. auch passiren möchte, für rathssamer, damit den Superioribus kein præjudicium beschehe, daß von demselbigen zuvor ein Bericht erforderl. nachmals die Gebühr super supplicatione zu erkennen, alles damit die Appellation nicht entzogen werde.

Quibus omnibus probe ponderatis, voculam *oder* in locum vocis *also* substituere, nullus hæsito. Quo facto, de mente textus ambigendum amplius haud erit, quippe qui duplitem continet casum.

Unum: quod, cum bona vel jura, quorum possessio vel quasi inter mediatos est litigiosa, apperte sub diversis dominis sita sunt, jurisdiction Cameræ ad possessorium ordinarium inter hos mediatos decidendum fundetur.

Alterum: quod tunc, si bonorum vel jurium possessio vel quasi inter mediatos non solum litigiosa, sed et inter diversos immediatos, cuiusnam in territorio bona illa vel jura sint, ambigatur, adeo ut de jure territorii quoad possessorium litigetur (g.); Ca-

(f.) *L. B. de Harpprecht* Staatsarchiv II. II. P. VI. pag. 496.

(g.) Tunc demum, si jus territorii inter plures immediatos in possessorio litigioso versatur, ubi non liquet, quis possidet utroque domino contendente, se possidere, mediatis justissima est causa ambigendi de superioritate jurisdictioneque. Quodsi econtra, causa jurisdictionis in petitorio aut possessorio liquido extra judicium, sive intra inter dominos con-

Cameræ ad untramque item, tam inter mediatos quam imme-
diatos, in possessorio ordinario decidendam jurisdictio competit.

De possessorio ordinario textum nostrum disponere, non est
quod dubitemus, cum quoad modum procedendi expresse se ad
caput primum (§. 9.) referat in verbis:

„Darum sollen die Partheyen auch für unser Kaiserlich Cammer-
Gericht kommen, und wie obsteht, gehandelt werden.

§. 14.

Epilogus Constitutionis.

Nunc quedam de epilogo nostra Constitutionis, ubi legislator
disponit, ut sententia in Camera super possessorio ordinario lata, pe-
titiorum ad judicem competentem ordinarium remittatur:

„Und so die Sach der streitigen Possess oder Gewehr an unserm
Cammer-Gericht geendet ist, und dann die Partheyen solcher Güter oder
Gerechtigkeit halben, sonst weiter Spruch oder Anforderung zu haben
vermeinen, das soll für dem ordentlichen Richter solches Guts
oder Gerechtigkeit fürgenommen und gesucht werden.“

Clausulam hanc, tam ad primum quam ad secundum Constitutionis caput pertinere, & ratio legis ipsa docet, (§. 5.) & ex Grav-
aminibus Statuum de anno 1556. & 1557. (a.) Resolutionibusque Cameræ
sat liquet (b.) In illis:

„Es

controvertatur; semper possessoris erit; item inter mediatos de litigiosa
possessione subortam, dijudicare; neque his liberum dubitare, juris-
dictionem esse penes possessorum (de Boril) I. c. pag. 12.

(a.) L. B. de Harpprecht Staatsarchiv v. v. P. VI. pag. 496.

(b.) Idem. I. c. pag. 535.

„Es soll der Vers: Und ob die Sach ic. ic. im zweyten §. auf beyde §. verstanden werden.“

In his

„Es bringen die Worte dieser Constitution in vers. anfahend: Und ob die Sach ic. ic. ausdrücklich mit sich, daß derselbige auf beyde vorhergehende §. verstanden werden soll.“

Tandem, Maximilianus I. caussas litigiosæ possessionis inter immediatos indistincte, inter mediatos certa sub restrictione ad Cameram in prima statim instantia mittens, juribus quæstis membrorum Suevici foederis prejudicium adferre nec voluit, nec potuit: quippe quæ de certo modo Austrægarum speciali, in caussis litigiosæ possessionis servando, privilegio Cæsareo accidente, convenerant (§. 7.). Iure itaque meritoque Imperator sanctioni clausulam adjecit.

„Wo aber etliche Ständ wären, die sonst der halben rechtlichen Austräg zwischen ihnen hätten, die sollen gehalten werden, und hiedurch denselben kein Abbruch gethan seyn.“

Legislatorem, in inferenda hac clausula, unice ad rationes Suevici foederis, eodem anno prorogati (§. 7.) respexisse, ob adjectam vocem, der halben ic. ic. non est quod dubitemus, certe enim nulli tunc status imperii de peculiaribus Austrægis in caussis litigiosæ possessionis convenerant (c.)

§. 15.

Ordinatio cameralis de anno 1521.

Constitutio nostra, uti in antecedentibus illam exposuimus, de verbo ad verbum repetita legitur in O. C. de 1521. Tit. 32. §. I. (a.); non est itaque ut diutius illi immoremur.

§. 16.

(c.) *De Borie* citat. Diff. Sect. I. §. 9. pag. 10.

(a.) Neue Sammlung der Reichsabschiede, Tom. 2. pag. 191.

D

§. 16.

Recessus Imperii de anno 1532. Art. III. §. 15.

Fini tamen suo, conservationi nempe pacis publicæ, legislatio nostra ex omni parte haud respondit: non enim desuerunt immediati, qui allatam saluberrimam Constitutionem spernerent, atque orta lite de possessione ad arma ruerent, quo casu judicis officium lege haud expressum erat. Judex itaque & Assessores Camerae imperialis in Comitiis Ratisbonensibus anno 1532. ad deliberandum dabant, perutile ad conservationem pacis publicæ fore, si partibus de possessione vel quasi conflictantibus, ad Cameram imperialem potestas transferretur, in casu necessitatis ad sequestrum recurrenti, cui tamen Camerae petito pro nunc haud deferebatur (a).

§. 17.

Ordinatio Cameralis de anno 1548.

Cum postea anno 1548. de nova Ordinatione camerali condenda ageretur; iterum quæstio, jamjam memorata mota fuit, qua occasione

(a) R. I. de anno 1532. Art. 3. §. 15. (Vid. Neue Sammlung der Reichsabschiede P. II. p. 359.) Item: Als sich oft auch zwischen hohen und andern Parteien begibt, daß jede vermeint in Gewehr und Possession zu seyn, und derhalben zu besorgen, daß sie etwa zu Welden und Kriegen erwachsen möchten, derhalben Cammerrichter und Weitzer geacht, in demselben Verschluß zu thun, dermaßen, daß an Unserm Cammer-Gericht in solchem Fall Sequestration möchte gebracht werden. Nachdem aber in Unser Ordnung des Cammergerichts zu Wormbs aufgericht, unter den Rubriken, wie es in Irrung der Possession, und derselben Entsezung halben gehalten werden soll ic. hierin genügsam Verschluß geschehen, soll es bei solcher Wormßischer Ordnung bleiben, und dieselbig gehalten werden.

sione collegium civitatense primum in sententiam Cameræ imperialis sequentibus ivit (a):

„Wie es in gemein der strittigen Posseß halben soll gehalten werden. Pleibt ditsfalls die letzter Wormbisch Disposition der CammergerichtsOrdnung eingelebt, die auch im gehaltenen Reichstag zu Regensburg 1532. von neuem widerum confirmirt ist.

Mit dieser Pessierung, die von den Churfürsten jeh leßlich in Bundesfachen bedacht worden, das in Fellen so die Posseß aus redlicheren Anzeigen zweifelig und sorglich empörung und Aufrur derhalben zu besorgen were, das Cammergericht auf anrufen der Partheyen, oder für sich selbst ex officio, die strittigen Posseß sequestriren, und alspald darauf summarie erkennen mög, welchem theil die Posseß einzugeben und zu inhibiren seye, bis zu endlichem Austrag des ordentlichen Rechtens. Welches auch dem Rechten geimeß ist, und also dem Pfälzischen Bedenken zuwider wol und füglich mag geordnet und disponirt werden, sunderlich in Fällen da es die Hoch vor Augen wesend not erforderet, ne partes venniant ad arma vel rixam &c.

Quod tandem reliquī quoque status sequebantur, ita ut, metu armorum proximo in litigiosa possessione imminente, speciale modum procedendi definiendo, nova adjectione surrogarent Constitutionem, qua adjectione caput Constitutionis nostræ tertium absolvitur.

(a) L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv ic. P. VI. pag. 238.

Caput Constitutionis tertium.

Verba legis huc facientia sunt:

„Ob auch in obberürtem fall, zwischen den partheien, die one mittel dem reich underworffen, die gewehr, possession oder quasi aus redlichen anzeigung zweifelich, und sorgliche empörung, weiterung oder auffrühr daraus zu besorgen, Sollen unser Cammerrichter und Beisitzer gewalt und macht haben, us anrufen der partheien, oder für sich selbst ex officio die possession zu sequestren, oder aber der quasi possession halben, anstatt der sequestration, beyden theylen zu gebieten, sich derselben zu enthalten, und alß baldt darauf summarie, one eynichen gerichtlichen proceß, oder andere weitlengige außführung der fachen, zuerkennen, welchem teyl die possession oder quasi einzugeben, oder zu inhibiren sei, sich derselben biß zu endelichem austrag des endelichen rechtens; in possessorio oder petitorio zu enthalten, Und so daß beschehen, soll alßdann sollichs keynem theyl an seinem inhalten oder Besitz, in Recht nachteylig sein.

Hac scilicet sanctio requirit:

- L) Ut duo pluresve *immediati* de possessione vel quasi litigent: immediatatem enim de substantia Constitutionis nostræ esse, & verba textus: zwischen den partheien, die one Mittel dem reich underworffen, & ipsa ratio legis satis demonstrant, quippe quæ, uti mox videbimus, circa id versatur, ut metus armorum & seditionis, jam proxime instans avertatur, qualis metus in mediatos vel plane non, vel raro cadit.

II. Ita

II.) Ita litigent, ut uterque contendat se incumbere possessioni ac per adversarium turbari, probasque possessionis iuxæ caussas adducat (aus redlichen anzeigung zweifelich.)

III.) Metus armorum proximus & jam imminens accedat: verba quidem legis, und sorgliche empörung, weiterung oder auffruhe daraus zu besorgen, metum talem proxime imminentem præcise haud requirunt, ast ex mente legislatorum & secundum praxin illum esse Constitutionis substantiale, ex Gramminibus statuum de anno 1556. & 1557. & Resolutionibus Camera colligitur. In illis (a).

„Und wiewohl ratio hujus Constitutionis de momentanea possessione ist, so Empörung zu besorgen, daß alsdann dieser modus gehalten werden solle, demnach ist in einem solchen Fall solche Sequestration und Inhibition erkennt, da keine Gefahr vorhanden gewesen, noch zu besorgen wäre.

Ad hæc Camera respondit (b):

„Dieselbige (Constitutio super possessione momentanea) hat ihren gewissen richtigen undisputirlichen kurzen Proceß im Rechten, und nemlich in denen Fällen, da die Possession aus redlichen Anzeigungen stiftig, zweifelich, und die Partheyen, so dem Reich ohne Mittel unterworfen, jetzt allbereit thätlicher Handlungen gegen einander im Vornehmen oder Uebung stehen, und also daraus sorgliche Empörung und Weiterung zu besorgen, der Richter pro conservanda quiete & pace publica die Possession ex officio sequestirt.

Breviſ-

(a.) L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv ic. ic. P. VI. pag. 497.

(b.) Idem. l. c. pag. 535.

Brevissimis atque concinne sensum hunc Concepti Ordinationis cameralis revisores ita enunciaverunt (c):

„Und die Parsheneyen jetzt allbereit, mit Aufbietung bewährter Mannschaft oder ihrer Unterthanen, sofort mit thälicher Handlung gegen einander im Vorhaben, Anzug, Uebung, oder in procinctu stünden, also daß unschuldige Blutvergießen, Empörung, Weiterung und Aufrühr zu besorgen.

IV.) Tribus illis requisitis concurrentibus; Camera vel ex officio, vel ad instantiam partium in rebus corporalibus sequestrationem, in incorporalibus inhibitionem decernat (d), tam diu duraturam, donec ei, prævia summaria cognitione appareat, quis tempore motæ

(e.) *De Selchow.* Concepte der Reichskammergerichts-Ordnung. P. II. pag. 147.

(d.) Num Camera præcise hisce duobus decernendi modis adstricta sit, aliquis uti nequeat, dubium videtur. *De Ludolf.* in Commentat. Systemat. S. I. §. 7. Nro. 5. pag. m. 68. ita sentit: quemadmodum autem officium judicis pro ratione circumstantiarum terminis adeo angustis constringi non potest, ut non aliis modis etiam provisionaliter uti queat, quam qui hoc loco præscribuntur; ita præter potestatem sequestrandi, & inhibendi utriusque parti, de quibus in textu, poterit etiam judex pro re nata providere, ut utraque pars æqualiter fruantur possessione sine alterius turbatione. Nonnullis etiam præjudicis & loco citato & in Observat. forens. P. 2. Append. I. N. 5. pag. 8. seq. sententiam hanc corroborat: eadem quoque Revisoribus Concepti Ordinationis cameralis placuit, satis tamen putarunt, potestatem hanc Cameræ expresse largiri. *De Selchow.* Concepte der Reichskammergerichtsordnung P. II. pag. 147. Vid. tamen (*de Borie*) citat. Diss. Sect. II. §. 5. pag. 25.

Cameram uni ex partibus inhibere haud posse, indubium mihi videtur, cum hoc modo super ipsa momentanea possessionis causa, parte altera inaudita, pronunciatura sit. *De Ludolf.* Commentat. System. I. c. L. B. *de Cramer.* System. process. imperii, Sect. II. Tit. VIII. §. 446.

motæ litis, rem detinuerit, hac ratione, ut detentor novissimus per modum fiduciae in possessionem immittatur, atque in ea persistat, donec adversarius titulo quodam subnixam, vel saltem antiquiorem possessionem in possessorio ordinatio, vel fortius jus in petitorio probaverit.

Nova vero est quæstio, an quoque possessori ordinarii sicut summarissimi ad Cameram spectet decisio? Stant ex utraque parte, tam affirmante (e), quam negante (f) Icti; negantium tamen ordini accedere ego non dubito, cum integra sanctio nostra ne verbulo quidem possessori ordinarii mentionem faciat, qualitasque litigiosæ possessionis, Cameræ facultatem, in prima instantia judicandi unice tribuens, ex tempore sententia super momentaneo latæ cesseret; adeoque cessante legis ratione, legis quoque dispositio cesseret, necesse sit.

§. 19.

Deliberationes super Constitutione nostra anno 1555. habitæ.

Legislatione super possessione litigiosa vix absoluta; status imperii jamjam anno 1555, de illius abolitione, aut saltim correctione iterum consilia inierunt. Multi abusum illius valde conquensi, ut huic obex ponatur inslanter flagitabant. Senatus quoque principum ad novam

(e.) (*de Borie*) citat. Diff. Sect. I. §. 20. seq. pag. 17.

(f.) *Phil. Tennagel.* de decernendis processib. Class. II. Cap. II. Nro. 4. *Deckherr.* in not. ad h. I. *Denaïsius.* Jus Camerale, voc. possess. litigios. Nro. 5. *L. B. de Cramer.* Systema process. imper. Sect. II. Tit. VIII. §. 949.



vam correctionem restrictionemque sat proclivis erat (a): Collegium vero principum electorum magis rei consentaneum existimavit (b); si illi, qui contra ejus abusum clamitabant, in scriptis gravamina proximæ Visitationi exhiberent, ut hæc a Camera informationem exigere, & hanc relationi suæ ad Cæsaream Majestatem inferere possit. Facta re- & correlatione, principes tandem in sententiam electorum ierunt (c), quo facto horum votum tanquam commune Memoriali imperii de anno 1555. §. 3. (d), hac solum additione ex monito principum facta, inserebatur, ut ad noviorem legislationem usque, Constitutio illa in nova Ordinatione camerale perficiat; & sic ea legitur immutata in Ordinatione camerale de anno 1555. P. II. Tit. 21.

§. 20.

*Gravamina Statuum super memorata Constitutione, Resolutio-
nesque Judicij cameralis inde secutæ.*

In vim Memorialis imperii ante memorati, gravamina illa statuum (inter quos præcipue Elector Palatinus & Dux Würtembergiæ erant) jam anno sequenti visitationi exhibita (a), ab ea Cameræ imperialis judicio pro informatione communicabantur: quod ob temporis
angu-

(a.) *L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv ic. ic. p. VI. pag. 352.*

(b.) *Idem. I. c. pag. 336.*

(c.) *Idem. I. c. pag. 385.*

(d.) *Corp. Jur. Cameral. Nro. 92. pag. 196.*

(a.) Integra illa exhibent. *L. B. de Harpprecht. Staatsarchiv ic. ic. p. VI. p. 495 — 501. de Ludolf. Commentat. systemat. Append. I. p. m. II. seqq. Juris Cameralis delineatio brevis & perspicua. Frankfurt. ad Moen. 1714. pag. 97. seqq.*

angustiam anno demum sequenti, nempe 1557, relationem suam visitationi tunc iterum præsenti exhibebat (b): hæc eam ad deputationem imperii ablegabat, quæ autem a committentibus haud instructa, negotio tam gravi se immiscere haud aua, gravamina ista una cum resolutionibus cameralibus ad ulteriorem deliberationem comitialem remisit, interimque camerae injunxit, ut resolutiones & declarationes suas per omnia in judicando sequatur (c). Jure itaque meritoque resolutionum istarum, interpretationis authenticæ vi pollutum, in Concepto Ordinationis cameralis ratio fuit habita (d), quibus, quænam Constitutioni nostræ mutationes contigerint jam videamus.

§. 21.

C. O. C. de anno 1613. P. II. Tit. 22.

Quæ Constitutioni nostræ accesserunt augmenta, vel contigerunt mutationes eo redeunt:

I. In

(b.) Vid. *L. B. de Harpprecht.* I. c. pag. 533 — 538. *De Ludolf.* I. c. Juris Cameralis delineatio &c. I. c.

Et gravaminum statuum, & resolutionum cameralium præcipua capita, ad interpretationem Constitutionis nostræ facientia, in his antecedentibus jam allegavimus.

(c.) R. D. Spirens. de anno 1557. §. 58. al. 59. al. 51. Vid. Neue Sammlung der Reichssabschiebe P. III. pag. 161. Corp. Jur. Cameral. Nro. CXXI. pag. 224.

(d.) Camerae imperiali, ab antiquissimis inde temporibus, jus ac potestatem competitissime leges imperii judiciarias consultis & decretis suis interpretandi, augendi & minuendi, eique vi R. I. N. de 1654. §. 94. 136. R. V. N. de 1713. §. 14. eandem adhuc competere, tralatitium est. Varias hujus juris Jcti tradunt restrictiones, quibus hic recensendis, ne extra oleas vagemur, haud morarum; resolutiones enim, de quibus

E

I. In definiendo capite Constitutionis primo (§. 9.), compilatores Concepti verbis, und des redliche Anzeig hätt, sequentia inferuerunt „und daraus zu besorgen, daß die parteyen zu thälicher Handlung kommen möchten, und also metus armorum vorhanden.“ Metum armorum remotum, ex qualibet quippe litigiosa possessione metuendum (§. 5.), minime autem proxime imminentem hic intelligendum, docent: & res ipsa, (contrario enim posito, quæ inter hoc & caput tertium intercedat differentia? ego sane non video) & mens collegii cameralis, cuius resolutiones huic loco anfam præbuerunt (§. 8.). Quare inconcussa stat communis illa Doctorum opinio, quæ metum saltim armorum remotum, ex natura cuiuslibet possessionis litigiosa profluentem in hoc capite primo requirit (a), cui quoque Revisores Concepti

Ordin.

quibus nobis est sermo, a deputatione imperii expresse confirmatae, indubitate vi interpretationis authenticæ pollent, adeoque normam constituant, normam tam a Camera quam a Consilio imperiali aulico in judicando servandam.

(a.) *Plüttner.* nova Epitome processus imperii. Edit. IV. §. 142. Nro. I. *Idem* *Conspectus rei judicariae imperii* pag. 96. *Vincenz Hanzely.* *Anleitung zur neuesten Reichshofstathspraxis* P. II. §. 947. *Denisius Jus Camerale*, voce possessio. Nro. 6. *Joh. Jac. Moser.* *von der teutschen Justiz: Verfaßung*. P. I. Lib. 2. cap. 15. §. 14. pag. 612. *de Ludolf.* *Commentat. Systemat. Sect. I.* §. 7. Nro. 5. pag. 67. & Nro. 12. pag. 72. *Phil. Tennagel.* *de decernend. process. Clasf. II. Cap. I.* Nro. 4. *Frid. Guilielm. Tafinger.* *Institutiones jurisprudentiae cameralis Sect. III. Tit. VIII.* §. 506. *Joan. Sim. Wolff.* c. 1. §. 9. pag. 17. *Koch.* *ad ordinat. cameral.* P. II. Tit. XXI. Num. 2. 5. *Dissent. Blum process. cameral.* Tit. 31. §. 14. *Siegmannus.* citat. *Dissert.* §. 3. pag. 15.

Ordinationis cameralis calculum adficere haud dubitavere, huncce locum ita interpretati (b):

„Auch die Umstände beider streitenden Theilen an Vermögenheit, und Verbitterung so beschaffen wären, daß man vernünftig besorgen müßte, daß die Partheyen zu thätlicher Handlung kommen mögten, und also ein begründeter Metus armorum vorhanden, ohne daß gleichwohl die Partheien altheret gegen einander mit thätlicher Handlung im Vorhaben, oder im Werk verlassen: et clarius adhuc (c.)

„Weilen juxta Monita ad principium hujus Tituli in Calu I. nur eine vernünftige richterliche Besorgniß, daß es inter Partes zu schweren Thätlichkeiten kommen mögte, gnug ist, um ad instantiam unius eine Citation super hac Constitutione zu erkennen, so wäre auch genug, wann der implorantische Theil einerseits die ihm ex adverso bestritten werdende Possession, anderer Seits aber auch sive per Missivas, sive per testes summariter auditos becheinigte, daß der Gegentheil sich in seiner Possession quovis modo selbst schützen zu wollen, sich habe verlauten lassen. In diesem Fall hätte also das Cammergericht nach erlassener Citation, und erfolgtem Erscheinen des beklagten Theils nicht in Summariissimo, sondern in ordinario zu erkennen.

§. 22.

Continuatio.

II. Clausula illa, jus Ausfrägarum circa litigiosam possessionem specialiter constitutarum illibatum spondens, ex R. I. de anno 1512. desumpta (14.), quæ iuterum hic repetita legitur, ingenia inter-

E 2

pretum

(b.) *De Selchow, Concepce der Reichskammergerichtsordnung, P. II. pag. 145.*

(c.) *Idem. I. c. pag. 148.*

= = = = =

pretum multum exercuit. Sunt (a.), qui de secundo casu in Constitutione proposito (§. 10. seq.) eam accipiendam volunt, indeque adstruunt, *jurisdictionem tunc a pluribus dominis sibi vindicatam*, arbitrorum definitioni relictam esse; ast cum ita iis ipsis quæ paullo ante hisce de caussis Cameræ judicio committendis sancta sunt, maxime contrarium poneretur; antimoniastales pingui Minerva extorquere non licet. Alii (b.), de Austrægis conventionalibus hoc loco agi constant afferunt; & hæc est communis Doctorum opinio. — tamen penitus inspecta, hæc manifesto adversatur & auturæ cauſarum litigiosa possessionis, quæ ab Austrægarum ambagibus nimis abhorret; & fini Constitutionis nostræ quæ ad pacem publicam conservandam omnes illas cauſas in prima statim instantia ad Cameram mittit (§. 5.); & denique ipsis Constitutionis verbis, quæ voce derhalben de Austrægis tantum specialiter circa litigiosam possessionem constitutis disponunt (§. 14.). Alii (c.) porro, hanc clausulam ad cognitionem *in judicio proprietatis* ab Austrægis legalibus peragen-

dam

(a.) *D. J. J. Prehn.* von den Austrægen, insbesondere von denen einem Kläger geringeren Standes vortheilhaftesten Wege einen Fürsten zu belangen. Halle. 1779. 8.

(b.) *De Ludolf.* Commentat. Systemat. Sect. I. §. 7. Nro. 10. pag. 71. *Denaifus.* Jus Camerale, voc. possessio Nro. 3. *Blum Processi. Cameral.* Tit. XXI. §. 21. *Joan. Sim. Wolff.* citat. Diff. §. X. pag. 18. *L. B. de Cramer.* System. processi. imper. Sect. II. Tit. VIII. §. 951. Hæc sententia arrisit quoque revisoribus concepti ordinatiois cameralis. vid. *d. Selchow.* Concepte der Reichskammergerichtsordnung P. II. pag. 147. & 151. 154.

(c.) *Phil. Tennagel.* de decernend. processi. Claff. II. Cap. I. Nro. 4. *Frid. Hulder.* *Carol. Siegmannus.* citat. Diff. §. III. pag. 16.

dam referunt, statuentes paragraphum Concepti secundum — Und so die Sache ic. ic. nonnisi ad caput Constitutionis secundum paragraphum autem tertium, Wo aber etliche ic. ic. ad caput Constitutionis primum pertinere: ast minus recte, paragraphum enim secundum Und so die Sach ic. ic. tam de primo, quam secundo Constitutions capite sancire, supra docuimus (§. 14.). Rectius itaque alii (d.) contendunt, clausulam illam, foederis solum Suevici intuitu jus Austragorum reservantem (§. 14.), cum illud dum extinctum sit, citra necessitatem ac citra omnem usum in novioribus legibus imperii retentam legi.

§. 23,

Continuatio.

III.) Ut autem caput Constitutionis tertium (§. 18.) accuratius a primo distinguitur; compilatores Concepti Ordinationis cameralis verbis, auf redlichen Anzeigungen zweifelich, sequentia inferuerunt:

„und die parteyen jetzt allbereits mit thärlicher Handlung gegen einander im vorhaben, übung und procinctu stünden, also daß so gleich empörung, weiterung oder aufruhr daraus zu beforgen“

quæ ex Resolutionibus cameralibus desumpta esse, ex iis quæ supra (§. 18. Nro. III.) monuimus, liquet. Tandem,

IV.) ne religio judicis in decernendis super Constitutione nostra processibus ullo modo circumveniatur; Concepti Ordinationis cameralis

(d.) *Pütter.* nova epitome process. imperii §. 143. *Idem.* Conspect. rei judicariae imperii pag. 95. *L. B. de Harpprecht.* Staatsarchiv ic. ic. P. III. §. III. pag. 109. *Joh. Jac. Zwirlein.* in not. ad Concept. Ordin. cameral. ad P. II. Tit. 22. §. 3. pag. 358.

ralis paragraphus quintus, ex Resolutionibus cameralibus desum-
tus (a.), partibus legem scribit:

„Doch soll angeregter metus armorum, auch die vorstehende
gefahr, und procinctus partium etlicher maßen, und summarie
aus derhalben ergangenen missiven oder hierüber aufgerichteten in-
strumenten zuvor dargehan und beschienen werden, oder der rich-
ter aus eigener wissenschaft des bericht haben.“

quæ a Concepti Ordinationis cameralis revisoribus accuratius
adnuc ita definita fuit (b.);

„Doch solle in dem Eingangs dieses Tituls gesetzten ersten Fall
der Kläger nicht allein seiner Seits die vorschürende Possession,
sondern auch daß sein Gegenthil sich bey dem gleichfalls prätendi-
genden Besitz selbsten quovis Modo zu schützen gemeint seye, und
Letzteres allenfalls thun zu wollen, sich erkläret habe, entweder
durch Missiven, oder Instrumenta, oder auch durch eine summari-
sche Zeugen-Aussag bescheinigen, da dann an dieseſe von dem
Cammergericht die Citatio zu erkennen, auf bescheinigtes Erscheinen
des Beklagten aber die Sach in ordinario rechtlich verhandelt und
vorzüglich entschieden werden.

Wohingegen in dem oben beym vierten §. gesetzten dritten Fall
nach angeordneter maßen verhängter respective sequestration, In-
hibi-

(a.) *L. B. de Harpprecht* Staatsarchiv ic. ic. P. VI. pag. 536.

(b.) *de Selchow.* Concepte der Reichskammergerichtsordnung. P. II. pag. 149.
Optime, si quid video conspicitur forma hujus processus in exemplo,
quod annus 1590. præbet, quodque casu existente adhuc sequitur ju-
dicium camrale. Vid. *de Ludolf.* Auctar. XVI. Commentat. System.
Compara porro, si lubet. *de Borié* citat. Diss. Sec. II. pag. 24. seq.
& *Pfankuch.* de summarissimo possessorio. Lib. II. pag. 89. seq.

hibition, oder verordneten gemeinsamen Interims-Benuzung, die strittige Possession von dem Cammergericht prævia Citatione mit Uebergehung der sonstigen Formalitäten des ordentlichen Proceses (jedoch daß die Probationes nicht summarie, sondern ordentliche Weis, wie es von Rechtswegen geschehen soll, aufgenommen werden sollen) summarie untersucht, und Possessio Momentanea demjenigen, welcher den neusten Besitz durch Schriften, oder Zeugen-Aussag am besten erwiesen haben wird, zuerkannt, fort dem anderen Theil inhibiret, oder mandiret werben solle, daß er sich des berühmten Besizes bis zum ordentlichen Austrag des Possessorii ordinarii oder Petitorii zu enthalten hätte. Welches jedoch keinem Theil an seinem Recht oder älteren Possession nachtheilig, oder ir andere Weg beschwerlich gehalten werben solle. Es solle aber gleichwohlen auch bey diesem Casu, bevor eine Citation über diese Constitution zu erlassen, und ad Sequestrationem zu schreiten, von dem flagenden Theil die bevorstehende Gefahr, und procinctus Partium etwelchermassen, und summarie aus verhalben ergangenen Misibiven, oder hierüber ausgerichteten Instrumenten zuvor dargehan, und beschienen werben; oder der Richter aus eigener Wissenschaft davon zuverlässigen Bericht haben.

TANTUM.



aus der dem heiligen Petrus und Paulus im Jahre 1612
die freie Schule zu Mainz gestiftet und unterrichtet.
Von der Mutterstadt ist die Schule mit den Eltern
und den Kindern auf das Land vertrieben worden.
Die Eltern sind nun alle in dem Lande unter
der Regierung des Kurfürsten zu Kurmainz zu
leben. Der Kurfürst hat die Schule mit den Kindern
auf das Land vertrieben. Die Eltern sind nun alle
in dem Lande unter der Regierung des Kurfürsten
zu Kurmainz zu leben. Die Eltern sind nun alle
in dem Lande unter der Regierung des Kurfürsten
zu Kurmainz zu leben. Die Eltern sind nun alle
in dem Lande unter der Regierung des Kurfürsten
zu Kurmainz zu leben.

MUTUAN.

NC

JUL 15 1978


KW 15-78

VDA8

ULB Halle
006 609 49X

3





B.I.G.

18
ny

CONSTITUTIONIS IMPERII SPECIALIS
SUPER
**LITIGIOSA POSSESSIONE
DISQUISITIO.**

A U C T O R E
D. WILHELMO AUGUSTO FRIDERICO DANZ
IUR. PROF. PUBL. ORDIN. ET FACULTATIS IURIDICÆ
ASSESSORE IN ACADEMIA CAROLINA.



STUTTGARDIA
TYPII ACADEMICIS.

MDCCLXXXIX.

